

USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)
Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2023- Livello A

VALUTAZIONE

A1: 75% del punteggio totale della prima parte (24/32 dei primi cinque esercizi, quelli relativi al primo brano); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

A2: 75% del punteggio totale (33/44), di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7, quelli relativi al secondo brano).

Pars prior: QUINTUS METELLUS MACEDONICUS

Summarium

Narratur de Quinto Metello "Macedonico"; is vicit pseudo-Philippum, qui Macedoniam occupaverat, et de eo triumphavit. Pseudo-Philippus dicebat se Persei, Macedoniae regis, filium esse, sed ignoravisse originem suam donec iuvenis factus est. Postea Metellus contra Celtiberos pugnavit, sed, eorum urbe obsessā, tandem eam urbem capere noluit.


1	Quintus Metellus, <u>a domitā Macedoniā dictus "Macedonicus"</u> , missus est adversus pseudo-
2	Philippum, hominem humili loco natum, qui se Persei regis filium dicebat, eāque fraude
3	Macedoniam occupaverat. Fabulam autem huius modi finixerat: <u>praedicabat se ex Perseo rege</u>
4	<u>ortum esse</u> , et ab eo fidei cuiusdam viri Cretensis commissum esse, ut in periculis belli, quod
5	tunc ille cum Romanis gerebat, semen stirpis regiae ¹ servaretur; praedicabat datum esse ei ²
6	etiam libellum, cum Persei signo, quem puer traderet, <u>cum ad puberem aetatem³ venisset</u> .
7	Mortuo Perseo, pseudo-Philippus dicebat se, Hadrumeti ⁴ educatum, usque ad duodecimum
8	aetatis annum ignarum fuisse generis sui, eumque existimavisse patrem a quo educaretur.
9	<u>Dicebat ab eo tandem</u> , proximo morti, <u>apertam esse originem suam</u> , sibique libellum traditum
10	esse. Erat praeterea iuveni formă dignă Persei filio. Hunc Metellus bis proelio fudit, eumque die
11	triumphi ante currum egit.
12	Postea Quintus Metellus bellum in Hispaniā contra Celtiberos gessit; et cum urbem, quae erat
13	caput gentis, obsideret, iam admotā machinā ⁵ , partem muri destruxit, sed tandem maluit copias
14	suis ab urbe movere.

¹semen stirpis regiae = genus regium

²ei= viro Cretensi

³Puber aetas est cum puer iuvenis fit

⁴Hadrumetum, -i, n. est urbs Africana quae nunc Susa appellatur



⁵Machina:

1. Si propone una parafrasi del brano: completala barrando la casella del sostantivo prescelto in corrispondenza del numero. (6 punti) NB: ricordati di scorrere con il cursore per vedere tutte le 12 opzioni.

Quintus Metellus, quem Romani "Macedonicum" appellaverunt post Macedoniam 1, contra pseudo-Philippum pugnavit. Is vir humilis erat, sed dicebat se a rege Perseo 2. Pseudo-Philippus dicebat Perseum sibi 3 Cretensem tutorem dedisse, quia pater, qui contra Romanos pugnabat, volebat genus regium servare. Perseus etiam libellum cum signo suo Cretensi tradiderat ut eum filio 4 daret. Post Persei mortem, pseudo-Philippus Hadrumeti creverat, putans patrem suum illum qui eum 5. Is pseudo-Philippe originem aperuerat, cum iam moriturus erat. Metellus eum bis vicit et deinde de ipso triumphum egit. Dum Metellus contra Celtiberos pugnat, obsessit eorum 6 clarissimum, eius murum ex parte demolivit, sed tandem exercitum a moenibus movit.

	oppidum	vir	urbs	natum esse	virum	aluerat	natus esset	iuveni	altus erat	captam	domitum	puerum
1												
2												
3												
4												
5												
6												

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA (**VERO/FALSO**), in base a quanto hai letto nel testo. (6 punti)

1.Pseudo-Philippus, vir nobilis, a Perseo rege genitus non est	V	F
2.Vir Cretensis, in pseudo-Philippi fabulā, filium a Perseo acceperat	V	F
3.Pseudo-Philippus dicit virum Cretensem libellum sibi dedisse, simul ac Perseus mortuus est	V	F
4.Pseudo-Philippus dicit se, dum puer est, originem suam nescire	V	F
5.Metellus pseudo-Philippum in proelio non interfecit	V	F
6.Metellus Celtiberorum urbem non cepit	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano. (8 punti)
1. Quis est pseudo-Philippus?
 - a. Qui in bello contra Romanos perit
 - b. Qui a Metello Persei filius creditur
 - c. Qui a Romanis "Macedonicus" dicitur
 - d. Qui Macedoniam obtinuit
 2. Cur Perseus, in Pseudo-Philippi fabulā, filium Cretensi dedit?
 - a. Quia Perseus eum non amabat
 - b. Ut vir Cretensis eum Romanis traderet
 - c. Ut filius post eius mortem regnare posset
 - d. Quia Romani eum rapere volebant
 3. Quid narrat libellus, in pseudo-Philippi fabulā?
 - a. Pseudo-Philippi originem
 - b. Pseudo-Philippi falsitatem
 - c. Persei belli consilia
 - d. Viri Cretensis consilium
 4. Quando vir Cretensis pseudo-Philippo, in eius fabulā, libellum tradidit?
 - a. Cum pseudo-Philippus adhuc puer erat
 - b. Cum pseudo-Philippus moriturus erat
 - c. Cum Perseus moriturus erat
 - d. Cum ipse moriturus erat
 5. Quid putabat pseudo-Philippus in suā fabulā?
 - a. Adhuc puer pseudo-Philippus putabat se Persei filium esse
 - b. Usque ad mortem suam pseudo-Philippus putabat se filium eius qui eum educaverat esse
 - c. Pseudo-Philippus putabat se filium eius qui eum educaverat esse, donec ille vir proximus morti fuit
 - d. Pseudo-Philippus putabat se filium eius qui eum educaverat esse, donec contra Romanos pugnavit
 6. Qualis erat pseudo-Philippi facies?
 - a. Similis Perseo erat
 - b. Non dignus Persei facie erat
 - c. Similis viro qui eum educaverat erat
 - d. De pseudo-Philippi facie nihil dicitur
 7. Quando Metellus pseudo-Philippum occīdit?
 - a. Dum contra eum pugnat
 - b. Priusquam de eo triumphavit
 - c. Dum de eo triumphat
 - d. Auctor id non dicit
 8. Quid fecit Metellus contra Celtiberos bellum gerens?
 - a. Machinas ad moenia movit
 - b. Secum pseudo-Philippum tulit
 - c. Cum copiis in Celtiberorum urbem obsessam iniit
 - d. Copias a urbis obsessae moenibus movere noluit
4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto. (8 punti)
- A. R. 2: **Humili** è:
- a. genitivo singolare
 - b. dativo singolare
 - c. ablativo singolare
 - d. nominativo plurale

- B. R. 2: **Se** è:
- a. accusativo singolare
 - b. accusativo plurale
 - c. ablativo singolare
 - d. ablativo plurale

- C. R. 4: **Ut** introduce una subordinata:
- a. Finale
 - b. Consecutiva
 - c. Temporale
 - d. Completiva

- D. R. 5: **Ille** è riferito a:
- a. Vir Cretensis
 - b. Pseudo-Philippus
 - c. Perseus
 - d. Metellus

- E. R. 6: **Quem** fa riferimento a:
- a. Libellus
 - b. Signum
 - c. Perseus
 - d. Vir Cretensis

- F. R. 8: **Ignarum** è:
- a. Accusativo maschile singolare, attributo
 - b. Accusativo maschile singolare, nome del predicato
 - c. Accusativo neutro singolare, attributo
 - d. Accusativo neutro singolare, nome del predicato

- G. R. 12: **Cum** è:
- a. Preposizione
 - b. Congiunzione subordinante con indicativo
 - c. Congiunzione subordinante con congiuntivo
 - d. Congiunzione coordinante

- H. R. 12: **Quae** è:
- a. Nominativo singolare femminile
 - b. Nominativo plurale femminile
 - c. Nominativo plurale neutro
 - d. Accusativo plurale neutro

5. Trasforma le seguenti proposizioni IN MAIUSCOLO secondo quanto suggerito (4 punti)

- A. R. 1: Quintus Metellus, A DOMITĀ MACEDONIĀ DICTUS "MACEDONICUS", missus est adversus pseudo-Philippum.

Quintus Metellus, _____ a domitā Macedoniā dictus erat "Macedonicus", missus est adversus pseudo-Philippum.

- B. R. 3-4: PRAEDICABAT SE EX PERSEO REGE ORTUM ESSE.

Praedicabat: "(Ego) ex Perseo rege _____".

- C. R. 6: Praedicabat datum esse ei etiam libellum, cum Persei signo, quem puer traderet, CUM AD PUBEREM AETATEM VENISSET.

Praedicabat datum esse ei etiam libellum, cum Persei signo, quem puer traderet, postquam ad puberem aetatem _____.

- D. R. 9: Dicebat AB EO TANDEM (...) APERTAM ESSE ORIGINEM SUAM.

Dicebat eum tandem originem suam _____.

Pars altera: QUINTUS METELLUS MACEDONICUS

Summarium

Rethogenes, unus ex civibus obsessi oppidi, ad Metellum transierat; ergo cives filios eius ante machinas, quas Metellus ad moenia moverat, posuerant. Metellus igitur noluit pueros occidere et exercitum a moenibus movit. Scriptor deinde Metelli vitae felicitatem narrat: de cursu honorum, de familia, de virtutibus loquitur.

1	Vir quidam nobilis in obsessā civitate, nomine Rethogenes, ad Metellum transierat, <u>relictis in</u>
2	<u>oppido filiis</u> . Irati cives Rethogenis filios machinae ictibus obiecerunt. Metellus urbem <u>obsessam</u>
3	relinquere maluit, quam pueros in conspectu patris crudeli caede interfici: atque huius
4	clementiae fructum tulit; namque multae aliae urbes admiratione huius facti se voluntate suā ei
5	dediderunt.
6	Raram Metelli Macedonici felicitatem multi scriptores celebrant: <u>ea quidem ipsi omnia</u>
7	<u>contigerunt</u> , quae videntur efficere beatam vitam. Fortuna eum nasci voluit in urbe terrarum
8	principe; parentes nobilissimos dedit; adiecit animi maximas virtutes et corporis vires, quae
9	<u>tolerandis laboribus</u> sufficere possent; multa decora in eius domum contulit: nam cum ipse
10	consul, censor etiam augurque ⁵ fuisset, et triumphavisset, <u>tres filios consules vidit</u> , e quibus
11	unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem praetorem; tres quoque filias, <u>quibus</u>
12	<u>optimi viri erant</u> . Mors eius vitae conveniens fuit.

⁵ Augur est unus ex sacerdotibus Romanis

6. Inserisci le parole mancanti, flettendoli in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Rethogenes, qui civis obsessae civitatis erat, oppido 1, filios suos ibi reliquerat. Cives eius, qui id male tulerant, pueros ad machinas apud moenia opposuerant, ut iidem ictibus occiderentur. Cum hoc audivisset, Metellus noluit Rethogenis filios ante patris 2 interficere et statuit machinas ab urbis moenibus movere. Qua re multae aliae civitates, clementiam eius mirantes, 3 Metello se dedere.

Metellus Macedonicus vir rarae felicitatis fuit et eius vita beata 4 visa est. Natus est in urbe quae caput terrarum est et 5 parentes nobilissimi fuerunt. Maximae virtutes et vires fortunā ei datae sunt. Multos magistratus iniit et etiam triumphum egit; filii eius honores mandati sunt, et clarissimi viri filias eius uxores 6. Optime e vita excessit.

Desero, -is, -serui, -sertum, -ěre	Oculus, -i, m.
Duco, -is, duxi, ductum, -ěre	Omnis, -e
Is, ea, id	Volo, vis, volui, velle

7. Trasforma le seguenti proposizioni, IN MAIUSCOLO, secondo quanto suggerito (6 punti)

- A. R. 1-2: Vir quidam (...) ad Metellum transierat, RELICTIS IN OPPIDO FILIIS.

Vir quidam (...) ad Metellum transierat, cum filii in oppido _____ (**cum narrativo**).

- B. R. 2: Metellus urbem OBSESSAM relinquere maluit.

Metellus urbem quae _____ relinquere maluit.

- C. R. 6-7: EA QUIDEM IPSI OMNIA CONTIGERUNT.

Scriptor dicit ea quidem ipsi omnia _____.

- D. R. 9: (Fortuna) adiecit animi maximas virtutes et corporis vires, quae TOLERANDIS LABORIBUS sufficere possent.

(Fortuna) adiecit animi maximas virtutes et corporis vires, quae sufficere possent ut labores _____.

- E. R. 10: TRES FILIOS CONSULES VIDIT.

Scriptor dicit _____ tres filios consules vidisse.

- F. R. 11-12: Tres quoque filias (vidit), QUIBUS OPTIMI VIRI ERANT.

Tres quoque filias (vidit), _____ optimos viros habebant.